



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

11. Famuli comitantes Dominum ad domum concubinae, quo sine eius non iret, vel referunt literas internuncias & horam ad peccandum vel excubantes illis peccantibus absolvi possunt, si ob temporale ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

## PROPOSITIO XI.

*Famuli comitantes Dominum ad Domum concubinæ, quo sine eis non iret, vel referunt literas internuncias & horam ad peccandum vel excubantes illis petantibus, absolvi possunt, si ob temporeale commodum id faciant.*

12. Prioris rationem hanc assignat Author, quia ejusmodi occasio, quamvis extrinseca, non est voluntariè assumpta. Cui accedit mos patriæ, & periculum diffamatio-  
nis: quasi vero non possit aliis modis obvia-  
ri tali & diffamationi, & mori patriæ: vel as-  
sumptione alterius status, vel peregrinatio-  
ne, novo officio. &c. Posterioris ratio ipsi-  
met inserita est eadem, quæ superiorum: scil.  
commodum temporale, oblectamentum,  
negotiatio &c. Videntur quoque omnibus  
his patrocinari juris periti, qui concubina-  
tum appellant coitum legitimum, ita Baro-  
lus in l. penult. de concubinis, & quidam alii

sed alia illorum mens est: nil enim aliud teste  
Covarruvia de sponsalibus p. i. cap. 4.n.6. vo-  
lunt, quam legibus permitti & non puniri :  
ut enim in d. l. penult. dicitur, quia concubi-  
natus per leges nomen assumpsit, extra legis  
pœnam est. Vnde melius diceretur, lege per-  
missus, quam legitimus. Corrigit nihilomi-  
nus Jus Canonicum in hoc jus civile, punit-  
que tam in foro exteriori , quam conscienc-  
tiæ. Rationes proinde horum Authorum o-  
mniū SS. Patrum & scholasticorum Do-  
ctorū haçtenus in coñuni approbatis fuit-  
damentis diametraliter contrariantur, dum  
judicant bona honoris & famæ , bonaque  
temporalia bonis animæ, delectationesque  
& oblectamenta carnalia bonis animæ, ejus-  
que saluti præferenda , quibus merito illud  
Salvatoris nostri opponatur. *Nonne anima*  
*plus est, quam corpus?* & quid prodest homi-  
ni, si famam conservet vel augeat, si carnis  
oblectamenta se etetur, si divitias & honores  
acquirat: paucis, si universum mundum lucre-  
tur, & animæ suæ detrimentum patiatur? aut  
quam dabit homo commutationem pro animâ  
suâ? sic quoque communis hucusque Do-

V 6

ctorum

Eorum sententia fuit, cum, qui occasionem proximam peccandi deserere recusat, absolvit in confessione sacramentali non posse, cum tali desit propositum emendationis, quod essentialiter ad contritionem, vel ad tritionem partes essentiales sacramenti penitentiae requiritur.

His de illis, quae ad fornicationem quodammodo disponunt dictis, jam alias de cælaxitatem audiamus.

### **PROPOSITIO XII.**

*Fornicatio secundum se nullam involvit malitiam, sed solum mala est, quia prohibita.*

Et huic consentanea est sequens.

### **PROPOSITIO XIII.**

*Nulla ratione naturali ostendi potest, similiarem fornicationem esse malam.*